



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Vita Venerabilis Arnesti, (vulgò Ernesti) Primi
Archiepiscopi Pragensis**

Balbín, Bohuslav

Pragæ, 1664

Notæ in Caput VII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42763

quendi usitata fuit, ac præcipue cùm monet, per purissimas Marie manus Christo Filio munera a nobis offerri oportere. Ad extremum, apud me pro omni argumento est, ipsa nimia sui ab Ernesto profecta accusatio, & quædam omnem audaciam superans confessio. Observant Ethici Politicq; scriptores, honestam negandi rationem esse, omnia universim, nihil in particulari promittere; nam singulatim promissis fides magis quam universis astringitur: idem in rem præsentem transferri potest exemplum. Si Ernestus nominasset crimen, aut in ea ætate, sceleratissimum, Lascivum, his & illis vitijs inquinatum, se vixisse diceret, fidem apud aliquos forsan merceretur; at cùm se inter peccatores præcipuum, in cogitationibus & operibus sceleratissimum ab illa hora usq; ad supremam vitæ sua horam canem fetidum, dignum odio mortalium omnium, sanguine peccatorum manus suas madere affirmat, quis sati sanguis fidem habeat? præsertim cui immortales Ernesti virtutes, atq; etiam miracula sunt audita? nunc Ernestus qui omnia in se accusavit vitia, nihil accusavit. Humilitas cùm contemptum sui sagaciter venatur, quoties modum excedit, fidem amittit. Illa verò maxima accusatio fuit, quod Glacio abiens, reverentiam, ut loquitur, sanctæ Imagini non præstiterit. Enorme sine dubio, & tot lacrymis & clamoribus dignum, atq; etiam in vulgus spargendum piaculum! Nullum hic ego ingrati animi crimen agnosco; nam postmodum probatus sum, hanc unam à Beatissima Virgine gratiam maximis, & in omne ævum duraturis Foundationibus ab Ernesto redemptam, ut nihil optari potuerit magis, quam Beatissimam Virginem sic irasci.

Notæ in Caput VII.

LEvissima errata. Id optimè ostendit R. P. Nicolaus Lancicius opusculo spirituali 15. de fuga peccatorum veniam, exemplo Moysis, Davidis, Ezechiae, aliorūq; sanctorum. Memini

mini me olim legere S. Elzearium Comitem, ob parvum quoddam deli- vita s. Elzea-
etum, ab ipso Christo Domino dirissime flagellatum pœnas dedisse. rii Comitis
Pragæ edita.

Sanctorum mores. Sanctissima Virgo Teresia, quadam S. Teres in Vi-
de se aliquando scripsit, quæ ignaros permoverunt, ut de innocentissima ta sua C. 32.
& DEO plena Virginis integritate cœperint dubitare, quos refellit in Humilitas S.
eius vita Didacus Jepesius (maxime lib. 3. C. 1.) citati Authores Teresia,
sententias & exemplis abundant, ut supervacanum sit probare.

Observant Ethici. Ars hac Aularum est, ut pridem magnus Aulicus Annibal Scotus L. 1. in Tacitum annotavit. Au- lici qui omnia omni tempore obsequia promittunt, minùs præstabunt ; at qui unum aliquid negotium suscepuros pollicentur, difficilius fal- lunt. Hoc scivit in Aule tropicis educatus Tiberius, qui cùm se in Senatu imparem diceret universa Reip. gerenda, & ab Asinio Gallo urgeretur, quam partem Reip. mandari sibi vellet ? elufit : non esse, inquiens, decorum pudori suo legere aliquid, aut evitare ex eo, cui in universum excusari mallet ; & tamen nihil cupiebas magis quam imperare. Bonum Histriponem hoc loco Tiberium. Lipsius appellavit in L. 1. Annal. Taciti N. 88.

Quam potissimum culpam in
ARNESTO suo Divina Mater irato
vultu indicasse & vindicasse,
videatur.

CAPUT VIII.

Refert in Græcia sua Pausanias, Her-
culem, cùm aliquando laborum satur, necessaria quietis capien-

Tahian. l. 16
Gracie f. 254
Graca edit.